Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26367
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mimis ascendit. Tibi autem omnia semetipsum reve
lauit. & osculans & osculum & os osculantis. Longe mi
noris gratie quilibet anima dum datum optimum siue donum
perfectum concipit desursum descendens abeodem patre
luminum talem afficit talemque intus in semetipsa presen
tat osculantis amantis tum ut dicere non dubitet. nobis autem
reuelauit dominus spiritum suum. Quanto magis tu obeata in
perceptione doni singularis dum spiritus sanctus superueniet inte
& uirtus altissimi obumbrabit tibi reuelatione huius m
accepisti. Profecto anima tua liquefacta est ut dilectus
locutus est scilicet dominus pater locutione admirabili locutio
ne ineffabili. dum substantiam ubi sui cum illo amore suo
spiritu sancto tuque mitis tuo uenit penitus inserere in quo nec prima
similem uisa est nec habere sequentem. Et ad angelum quidem
dixisse sufficerent. fiat mihi secundum uerbum tuum angelo dicit ut
osculetur ille me osculo oris sui. adipsum autem dilectum dum
conuisa loquitur iubilare anima tua non desinit in ipso ex
primitur suauitatis inenarrabilis. cui uidelicet iubila
tionis summa hec est Quia melioria sunt ubera tua uino
fragrantia unguentis optimis Oleum effusum nomen tuum
ideo adolescentule dilexerunt te. Ysaya loquitur idem ipse
dominus audite me domus iacob & omne residuum domus israel
qui portamini a meo utero qui gestamini a mea uulua
usque ad senectam ego ipse & usque ad canos ego portabo. Ergo
& ubera recte dicitur habere quia psalmista non ignorans dicebat